

Postcommunio

Præsta nobis, quæsumus, omnipotens Deus: ut, vivificationis tuæ gratiam consequentes, in tuo semper munere gloriamur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Orazione

Concedici Te ne preghiamo, o Dio onnipotente, che, ricevendo la grazia con cui ci comunichi la tua vita, poniamo la nostra gloria nel dono che tu ci fai. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.



Suore Francescane dell'Immacolata
Monastero delle Murate - Città di Castello (PG)



II DOMINICA POST PASCHA

Introitus (Ps. 32, 5-6)

Misericordia Domini plena est terra, alleluia: verbo Domini caeli firmati sunt, alleluia, alleluia. Ps. 32,1. *Exsultate, iusti, in Domino: rectos decet collaudatio.* V. Gloria Patri...

Oratio

Deus, qui in Filii tui humilitate iacentem mundum erexisti: fidelibus tuis perpetuam concede lætitiã; ut, quos perpetuæ mortis eripuisti casibus, gaudiis facias perfrui sempiternis. Per eundem Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat...

Introito

La misericordia del Signore ha ricolmato la terra, alleluia; i cieli sono stati creati da una parola del Signore, alleluia, alleluia. *Sal. Gioite nel Signore, o giusti, agli uomini retti si addice la lode.* V. Gloria al Padre...

Orazione

O Dio, che per mezzo dell'umiliazione del tuo Figlio hai rialzato l'umanità caduta, concedi ai tuoi fedeli una perenne letizia, e coloro che hai strappato al pericolo della morte eterna, fa che godano delle gioie eterne. Per lo stesso nostro Signore Gesù Cristo tuo Figlio che vive e regna...

Lectio Epistolæ beati Petri Apostoli I 2, 21-25

Carissimi: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore eius: qui cum malediceretur, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem iudicanti se iniuste: qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui, iustitiæ vivamus: cuius livore sanati estis. Eratis enim sicut oves errantes, sed conversi estis nunc ad pastorem et episcopum animarum vestrarum.

Alleluia (Luc. 24,35 et Io.10,14)

Alleluia, alleluia. V. Cognoverunt discipuli Dominum Iesum in fractione panis. Alleluia. V. Ego sum pastor bonus: et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ. *Alleluia.*

Sequentia S. Evangelii secundum Ioannem 10, 11-16

In illo tempore: Dixit Iesus pharisæis: Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem, et qui non est pastor, cuius non sunt oves propriæ, videt lupo ve-

Dalla prima lettera di San Pietro Apostolo

Fratelli, Cristo patì per voi, lasciandovi un esempio, perché ne seguiate le orme: egli non commise peccato e non si trovò inganno sulla sua bocca, oltraggiato non rispondeva con oltraggi, e soffrendo non minacciava vendetta, ma rimetteva la sua causa a colui che giudica con giustizia. Egli portò i nostri peccati nel suo corpo sul legno della croce, perché, non vivendo più per il peccato, vivessimo per la giustizia; dalle sue piaghe siete stati guariti. Eravate erranti come pecore, ma ora siete tornati al pastore e guardiano delle vostre anime.

Alleluia

Alleluia, alleluia. V. I discepoli riconobbero il Signore Gesù nell'atto di spezzare il pane. Alleluia. V. Io sono il Buon Pastore, Io conosco le mie pecore, e le mie pecore conoscono Me. *Alleluia.*

Dal Vangelo secondo Giovanni

In quel tempo, Gesù disse ai farisei: Io sono il buon pastore. Il buon pastore offre la vita per le pecore. Il mercenario invece, che non è pastore e al quale le pecore non appartengono, vede venire il lupo, abbandona le

nientem, et dimittit oves, et fugit: et lupo rapit, et dispergit oves: mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, et non pertinet ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus: et cognosco meas, et cognoscunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem: et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile, et unus pastor.

Offertorium (Ps. 62, 2 et 5)

Deus, Deus meus, ad te de luce vigilo: et in nomine tuo levabo manus meas, alleluia.

Secreta

Benedictionem nobis, Domine, conferat salutarem sacra semper oblatio: ut, quod agit mysterio, virtute perficiat. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitate Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

Communio (Io. 10, 14)

Ego sum pastor bonus, alleluia: et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ, alleluia, alleluia.

pecore e fugge e il lupo le rapisce e le disperde; egli è un mercenario e non gli importa delle pecore. Io sono il buon pastore, conosco le mie pecore e le mie pecore conoscono me, come il Padre conosce me e io conosco il Padre; e offro la vita per le pecore. E ho altre pecore che non sono di questo ovile; anche queste io devo condurre; ascolteranno la mia voce e diventeranno un solo gregge e un solo pastore.

Offertorio

Dio, Dio mio, a Te anelo dal primo apparire della luce e nel tuo Nome alzerò le mie mani, alleluia.

Orazione sulle offerte

Questa sacra offerta, o Signore, ci ottenga una benedizione apportatrice di salvezza, affinché compia con la sua potenza quanto misticamente opera. Per il nostro Signore Gesù Cristo, tuo Figlio, che è Dio, e vive e regna con Te, nell'unità dello Spirito Santo, per tutti i secoli dei secoli.

Ant. alla Comunione

Io sono il Buon pastore, alleluia, Io conosco le mie pecore, e le mie pecore conoscono Me, alleluia, alleluia.